



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Festo S. Mariæ Magdalenæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

Moyses & Elias quadraginta dies continuos  
jejunârunt. Eorum exemplum secutus Christus  
quadraginta dies & ipse in deserto jejunâ-  
vit ad commendandam nobis abstinentiam.  
Quòdsi grave nobis videtur spontaneum jeju-  
nium, cur non ecclesiastica saltem accurate  
observamus? ad ea quodammodo præparamur  
& assuefimus abstinentiâ carnium, quam cum  
Confraternitate S. Scapularis suscepimus, fe-  
riis quartis observandam. Plane jejunii præ-  
ceptum tam corpori, quam animæ est utilissi-  
mum. *Mense V. Disc. 125. pag. 61.*

## IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ.

I.

*Peccatrix est. Luc. 7.*

Justissimè Christus reprehendit Simonem,  
qui indignabatur Magdalenæ dicens: *Peccatrix*  
*est*, quasi verò, qui semel peccâsse, semper  
peccator maneret: indignabatur etiam Christo,  
qui à pœnitente tangi se patiebatur: *Hic*  
*si esset Propheta &c.* Videbat Pharisæus lacrymas  
& pium obsequium; & tamen capiebat scandalum.  
Non debemus scandalum sumere ex  
rebus indifferentibus, aut bonis & laudabili-  
bus. *Mense IV. Disc. 100. pag. 131. usque ad*  
*num. 8.*

2.

2.

*Lacrymis cœpit rigare pedes ejus , & capillis capitinis sui tergebat. Luc. 7.*

Simonis superbia fecit , ut opus bonum , quod Magdalena Christo præstabat , male interpretaretur , non culpa Magdalena , cuius vel solæ lacrymæ pœnitentem animam demonstrabant . Ipsam excusavit Christus : at non quemlibet nostrum excusabit , nisi certam adhibeamus cautelam , ne etiam per res laudabiles vel indifferentes alteri occasionem scandali præbeamus . Mense IV. Disc. 100. pag. 141. à num. 8. ad finem .

3.

*Dimituntur ei peccata multa. Luc. 7.*

Cur peccata multa , cùm tamen ne unicum quidem certum Magdalena peccatum in Evangelio proferatur ? Peccatum unicum , cuius communiter arguitur Magdalena , fuit vanitas in vestitu & conversatione . Quomodo ergo *peccata multa* ? per malum niempe exemplum , quo plurimorum animas in ruinam impulit vel saltem in periculum conjecit : hinc illæ lacrymæ , hinc illa tam ardens pœnitentia . Discamus , quam grave sit scandalum , quod per malum exemplum datur . Mense IV. Disc. 95.

Pag. 51.

p 5

IN